

## Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

## Riedel, Adolph Friedrich Berlin, 1861

CIX. Dem Karthäuser-Kloster vor Frankfurt wird das Breve des Pabstes
Julius II. publicirt, vom 7. Januar 1506, worin dieser wegen vorgefallene
Mißbräche das Zugeständniß seiner Vorfahren, wornach

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55508

rothee, der heiligen Junkfrawen, nach christi vnnsers lieben hern geburt Anno millesimo quingentesimo sexto.

contrariis quibisconque. Datum flome appd fanctum Petróm, feb annulo picatoris, die feptima

Rach bem Copialbuche bes Karthäuser-Rlosters, No. 94.

CIX. Dem Karthäuser-Kloster vor Frankfurt wird das Breve des Pabstes Julius II. publicirt, vom 7. Januar 1506, worin dieser wegen vorgefallener Mißbräuche das Zugeständniß seiner Vorsahren, wornach auch Weibern der Besuch von Karthäuser-Kirchen erlaubt war, wieder aufhebt, am 15. August 1506.

Frater henningus, prior domus Claustri marie prope hildeshem, ordinis Carthusiensis ac provincie Saxonie visitator principalis, vniuersis et singulis nostre provincie prioribus ac personis Salutem in domino: Noueritis quod nuper videlicet anno domini millesimo quingentefimo feptimo statim post octavas corporis cristi nunctio provincie nostre redeunte a capitulo nostro generali, litteras qualdam in pergameno diligenter conscriptas ac Sigillo patenti eiusdem capituli figillatas ac per Scribam dicti capituli fubfcriptas ab eodem nunctio michi prefentatas accepi huiusmodi sub tenore. Frater Francisscus, humilis prior domus maioris Carthusie, ceterique diffinitores capituli generalis nostri Carthusiensis ordinis Commissarii et executores in hac parte auctoritate apostolica delegati vniuersis et singulis personis dicti nostri ordinis et ceteris, ad quorum noticiam prefentes littere devenerint, Salutem. Litteras Sanctissimi domini nostri domini Julii diuina prouidentia pape fecundi in forma breuis sub annulo piscatoris nos recepisse noueritis buiusmodi sub tenore: Dilectis filiis priori generali diffinitoribus et capitulo ordinis Carthusiensis Julius papa fecundus. Dilecti filii. Salutem et apostolicam benedictionem. Pro parte vestra nobis expositum fuit, Quod licet felicis recordationis Eugenius papa quartus et nonnulli alii predeceffores noftri Romani pontifices per eorum litteras apoftolicas perpetuo fpecialiter concefferint priori et fratribus domui Beate Marie de Bellilarico antificdorenfis dyocefis et nonnullis aliis domibus dicti ordinis, vt vniuerfos chrifti fidelis in certis feftiuitatibus ecclefias domorum earundem visitantes et pro illarum reparatione manus porrigentes adiutrices certas peccatorum remissiones et indulgentias confequerentur et specialiter ut ad eundem effectum, quia ipsius ordinis generalia instituta mulieribus liceret easdem ecclesias visitare et intrare, Tamen quod tempore procedente id, quod ad bonum finem fexui femineo circa premissa ex gratia permissum fuit, ad noxam, dissolutionem et personarum inibi diuino seruicio mancipatarum et totius religionis vestre scandalum cedere posse dubitatis, Et attento quod per easdem litteras domibus eisdem concessum extitit, vt persone ille, que legitime impedite ecclefias ipfas perfonaliter visitare non possent, sed elemosinas eisdem ecclesiis mittendo per alios eas visitarent easdem indulgentias consequerentur. Et proinde humiliter supplicatum suit ut huiusmodi scandalo obuiare paterna caritate vellemus. Ideirco nos vestris supplicationibus inclinati licentiam et permissionem mulieribus ecclesias domorum predictarum sue ut eas ecclefias huiusmodi intrare permitti possit prioribus, fratribus et domibus predictis, ut prefertur, concessas, presentium tenore apostolica auctoritate reuocamus et quoad hoc viribus uacuamus illis alias in fuo robore permanfuris. Verum prefentium tenore committimus et mandamus vt statuta ordinis vestri huiusmodi inviolabiliter etiam per priores, fratres, conuentus et personas domorum earundem observari mandetis et faciatis, Contradictores et rebelles per censuram eccle-fiasticam et alia statutorum et consuetudinum laudabilium ordinis presati remedia compescatis, non obstantibus concessionibus et litteris predictis aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscunque. Datum Rome apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die septima Januarii, millesimo quingentesimo sexto, pontificatus nostri anno tercio. Sigismundus.

Quas quidem litteras in plena audientia dicti nostri capituli legi et publicari fecimus, Et quas vobis omnibus et fingulis intimamus et notificamus, Vobisque nichilominus districte iniungimus, precipimus et mandamus, Quatinus litteras predictas et contenta in eis per fingulas domos eiusdem nostri ordinis sub penis et censuris in dictis litteris contentis diligenter et inviolabiliter obseruari faciatis. Et ne quis fub pretextu ignorantie ab obferuatione buiusmodi nostre ymmo verius apostolice ordinationis et inhibitionis se valeat aliquatenus excusare, visitatoribus et conuistatoribus fingularum provinciarum pariter iniungimus, quatinus infra tres menses post exhibitionem presentium per fingulas fuarum provinciarum domos copiam feu tranfumptum litterarum iftarum fub fuis aut sub altero sigillorum suorum in forma autentica mittant et eas ibidem legi publicari et observari pariter faciant, quam ita fieri volumus et mandamus. Datum Carthufie, sub Sigillo maiori dicte domus in quo talibus vtimur die tercia decima mensis Maii, anno domini Millesimo quingentesimo fexto, dicto capitulo sedente. Has igitur litteras sic ut premittitur michi presentatas ac per me diligenter transumptas et presentibus insertas vobis omnibus et singulis supradictis denunctio et ad noticiam vestram deduco per presentes, mandando etiam, ut omnia et singula in huiusmodi litteris contenta obseruetis et a vestris obseruari faciatis sub penis in eisdem litteris expressis lacius et contentis anno eodem quo supra circa festum assumptionis marie, sub actu visitacionis in domo mifericordie dei prope francford.

Rach bem Copialbuche bes Karthaufer-Rloffers, Do. 97.

CX. Bartholomeus, Burchardt, Tyle und Beter Strant verkaufen wiederkäuflich bem Karthäuser-Kloster vor Frankfurt vier Winspel Mühlpacht aus ber Mablitischen Mühle und vergönnen ben Karthäusern, ihre Springe und Dämme zum Besten bieser Mühle mit Materialien von ihrem Grund und Boben zu bessern, am 29. Juni 1507.

Ich Bartholomeus Strantz Bekenne —, das ich aus anliggender not willen von meinen vnd von wegen Borchard Strantzen, meins vnmundigen vettern, als fein rechter naturlicher vormunder, mit wilfen, willen vnd vulbort meiner lehnhern vnd meiner vettern, Tylen vnd peter Strantzen, vff einen rechten widderkauf recht vnd redlich verkauft hab vnd Inn gegenwertiger craft vnnd macht disse briues verkouse den wirdigen vnnd Andechtigen Gregorien, prior, vnnd gantzer samlung des haws Barmherczighkeit gots, Carthewser ordens, vor franckfurd gelegen, vir wispell roggen mollenpacht Inn Irer voreigenthen mollen, mit namen die madelitze